

a me relata sunt ut plare noscant quæ de illis priorum opinio fuit in mediū tuli, non quo assererem diligenter monitum uelim.

#### ¶ De Anulorum usu.

¶ Quū gemmarū usus ut plurimū in Anulis existat, quos prisci unguū, græci Symbolū dixere, operepretiū duxi hic obiter de anulis quocūq; iudicare. Anulos Troianis temporibus nō fuisse in usu ex Homero notaū. Verū qui prius anulū induit digitis ignoratur. Nā de Prometheo omnia fabulosa arbitror, quandoq; illi ferreū Anulū dederit antiquitas, uinculūq; id non gestamē intelligitur. Quis. n. non fabulosiorē putaret Midæ anulū, quo circumactō, habentē nemo cerneret. Apud romanos longo tēpore ne senatū quidē aureos habuisse. Pliniū autor est. Siquidē his tantū qui legati ad exteras gentes ituri essent, anuli publice dabantur neq; alijs uti licuit, q̄ qui ex ea causa publice accepissent. Triūphantibus quāq; coronam ex auro Ethruscam habebāt, anulus tamē in digito ferreus erat, hi quoq; qui ob legationem acceperant, aureo in publico utebantur, in domo ferreis. Mittebatur etiam sponsæ anulus ferreus, isque sine gemma. Quisquis autem primus anuli aurei usum introduxit incertum est, aliquandiu tamen